Tractatus de epiſcopo

Illuſtriſſimi. J. U. mo-
narche do. Joan. Bertachini de Firmo
Tractatus de ep̄o eccleſiaſtice facultati
admodū cōueniēs. Nuperrime haud mo
dicis mēdis eradicatis veritati reſtitu-
tus: cui nō incōmoda ſunt annexa ſum-
maria. Prepoſito ꝑutili Repertorio ſpe
ciales totius Trac. ſentētias indicāte.

1533

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

¶ Tractatus putilis de epõ domini Joãnis Bertachini de Firmo quatuor libros cõtinens plene tractã-tes ad quid/quando/vbi/et a quibus creetur epiſcopus.

¶ Preludia:

1 ¶ Petrus apl's Antiochenã prim⁹ rexit eccleſiam vbi ⁊ chriſtianorum nomen exortum.
2 Jacobus iuſtus primus in hieroſolymis epiſcopus fuit.
3 Mathias prim⁹ preſbyter ordinatus.
4 Epi aplorũ loco fuerũt ſuffecti.
5 Prelatorũ ordo triplex prio inſtitutus.
6 Ciuitas metropolitana que dicat.
7 Pontifex qui ⁊ ſacerdotũ princeps ſeu ſacerdos ſumm⁹ vel põtifex maximus dr: ſup omnes eſſe putatur.
8 Clericus vnde dicatur ⁊ quare.
9 Clericorum ſpecies quot ⁊ que.
10 Eps eſt dioceſis ſue caput cuius membra ſunt ſubditi.
11 Eps iuriſditionẽ nõ pdit legato cardinali in ſuã adueniente prouinciã.
12 Archieps dr ordinarius epõrũ in ſua prouincia exiſtentium.
13 Epiſcop⁹ in ſua dioceſi põtifex ⁊ ſacerdos ſummus dici poteſt.
14 Epi appellatione qui poſſint venire.
15 Sacerdotis nomine qui veniãt.

Olimpiadis ducenteſime tertie anno ſecũdo regnante Tiberio Ceſare legim⁹ cruci affixũ dominuz noſtrũ Jeſum xpm. q viuens in humanis 2 ſacerdotes inſtituit apoſtolos ſuos: et eorũ principẽ Petrum dñs dixit. Tu es petrus ⁊ ſup hãc petrã edificabo eccleſiã meam. xxj. diſt. in nouo. ⁊ ſe. l. diſt. cõſiderãdũ. xxiiij. q. j. manet. ⁊ c. quocũqz. 3 vel verius cũ dixit. Petre ſi diligis me paſce oues meas. c. ſignificaſti. de elec. ⁊ glo. in. d. c. in nouo. ⁊ probatur in epiſtola. j. c. cleros. Apoſtoli vero cũ eſſent duodecim in multa meſſe pauci rogatus fuit dominus meſſis vt mitteret operarios in meſſem ſuã quo factum fuit ſeptnagintaduo diſcipuli ſint ſuperadditi. quorum typum ſeu figuram gererẽt preſbyteri per diuerſas ciuitates et orbis loca diſpſi. d. c. in nouo. in fi. Sic conſtat in nouo teſtamẽto fuiſſe primitus inſtitutum ordinem ſacerdotalem. quem etiã fuiſſe in teſtamento veteri nõ negamus q legimus Moyſem ⁊ Aaron cũ filijs ei⁹ primos fuiſſe ſacerdotes ⁊ deo optimo maximo inſtitutos. xxj. diſtin. in princ. xxij. diſtin. ſa-1 croſancta. Exodi. xxxj. c. ¶ † Petrus autem princeps apoſtolorum ordinatus primam apud Antiochos ſedem locauit. quã ſeptẽ annos ſub nomine Chriſti ſuo titulo gubernauit. Ubi primum nomen chriſtianorũ fuit exortum: vt legitur in. d. c. ſacroſancta. xxj. diſt. ⁊. vij. q. j. mutationes. ¶ Fideles eniz primo diſcipuli dñi noſtri Jeſu chriſti vel fratres appellabãtur. poſtea vero congregato apoſtolorũ concilio in antiochia apud eorum principem ⁊ eius mandato xpiani a Chriſto ex ipſorum decreto appellati decetero extiterunt. Petrus igitur a domino Jeſu per angelum iuſſus. vt romanam ſuperſtitionem perimeret Antiochenis Ignatium dimiſit epiſcopũ. ipſe vero romã contẽdit vbi annos. xxv. menſes. vij. dies. viij. cathedram regens epiſcopalem tandem feritate Neronis romanã ſedem ſuo ſanguine martyrioqz ɔſecrauit ãno. xxxix. poſt obitum Chriſti. cum quo Paulus vas electionis anno primo dominice paſſionis cõuerſus eadem die pro chriſto ſanguinem fudit. xxj. diſtinc. quis xxij. diſtinc. ſacroſancta. ij. q. vij. beati. 2 ¶ † Primum epiſcopũ legimus fuiſſe Jacobum qui iuſtus dicebatur a Petro Jacob ⁊ Joanne apoſtolis in Hieroſolymitana eccleſia inſtitutuz. lxvj. diſtinc. porro. de conſecra. diſtin. j. Jacobus frater. ¶ † Poſtea vero Mathiaz fuiſſe primum preſbyterum ordinatũ refert Iſidorus. xxj. diſtinct. cleros. in princ. cum glo. Uidens autem Petrus chriſtianarũ omnium cuſtos in ſingulis ciuitatibus ad veram fidem conuerſis

Dy.in.l.ſi pater.de manumiſ.vendicto. Cy.⁊ Bal.in.d.l.mandatum.⁊.l.ſi mandaſſem.⁊ ibi Bar.ff.eo.ti.⁊.l.ſi ꝓcuratorem.⁊ ibi glo.Bar.⁊ doc.ff.de procuratoribus.Bar.in.l.ſi quis mihi.§.fina.de acqui.her.di.Marti.ſyl.in conſi.factũ tale eſt.Petrus de ponte ⁊c.gloſ.in.c.j.de renuntia.⁊ in.c.quãuis.de procuratoribus.in.vj.Bal.in addi.Spe.eo.tit.ver.quando reuocatur.qḋ intellige maxime ne ſoluatur procuratori a debitore creditoris.vt per Bar.in.l.ſi non ſor.§.qui filio.ff.de conditio.indebi.item intellige qḋ fiat notificatio per edicta in locis publicis affixa ſm Bal.in.d.l.mandatum.viij.col.videlicet quando perſona eſt incerta.al's ei debet notificari ſm Bar.in.l.qui hominẽ.§.ſi titius.ff.de ſol.item debet fieri talis notificatio iudici ⁊ parti ante concluſum in cauſa non poſt quo caſu; valet ſentẽtia.c.auditis.de procur.⁊ Joan.de pra.in.l.ante litez.iiij.colũ.ff.de procurato.⁊ Ludo.pon.in ſingu.ver.procurator.ver.ſi ꝓcurator.item; dic verum etiã ſi mandatũ erat ad maleficium cõmittendum non nominando certam perſonam.quia ei debet notificari reuocatio cui factũ fuit mandatũ ſm Inno.in.c.ad audientiam.de homici.⁊ Bal.in.d.l.mandatum.ad fi.qḋ no.idem eſt in conſilio dato ad maleficium cõmittendũ.quia contraria diſſuaſione reuocari debet ſm Inno.⁊ Bal.vbi.ſ.Sic ⁊ notificatio reuocate delegatiõis fieri debet delegato ſm Bal.in.l.mandatum.vj.col.ſ.alle.⁊ Ang.⁊ pe.de ſun.
11 in.l.iudex datus.ff.de iudi.¶ Et nota q̇ talis notificatio reuocatiõis fieri poteſt per procuratorem cum ſpeciali mãdato.vt per glo.⁊ Bar.in.l.i.§.j.ff.de lib.agno.Scienti autem de neceſſitate fieri non debet niſi fieri deberet vt ſciens aliquid faceret vel nõ faceret.l.item veniunt.§.petitam.⁊ ibi Bar.ff.de peti.heredi.⁊ tenet Bar.in.l.ij.§.fi.ff.ſo.ma.quẽ etiam vide in.l.quidam decedens.ff.de adminiſt.tuto.⁊ in.l.nomen.C.que res pign.obli.poſ.quod not.Et hic ſit finis huius tractatus cũ laude ⁊ gloria Dei optimi maximi ac virginis intemerate matris eius.Amen.

Dyſtichon.

Inuid' aut taceat nr̃i õtractat honoris
Aut aliud melius ſi ſciat edat opus.

¶ Huius cõmodiſſimi tractatus de epo per.V.I.egregium interpretem.d.Joannem Berthachini de firmo finis impoſit.Recuditurq; Lugd.per Benedictu in Bõnyn Anno diuine incarnationis.M.ccccccxxxiij.x.maij.

Regeſtum.

Aa Bb A B C D E F G H I K L M N O P Q R.Oẽs ſunt quaterni.

VINCENTIVS DE PORTONARIIS DE TRIDINO DE MONTE FERRATO
PLVS OVLTRE
M
P
P
M